

DISSE
TATIO IPRIDICA SOLLEMNIS *460*
DE IVRE *1764.6.*
DIEI NATALITII PRINCIPIS
AD L. VII C. DE FERIIS
QVVM FELICI SIDERE DIE XIII AVGUSTI A. R. S. C¹⁵CCLXIII
FELICISSIME ADFVLGERET
NATALIS
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS
ET DOMINI
DOMINI FRIDERICI II
HASSIARVM LANDGRAVII REL.
ET HVIVS ALMAE NVTRITORIS
ATQVE RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI
IN HONOREM EIVS
DEMISSISSIME SVBIECTISSIME QVE PROPOSITA
AT QVE
PRO LICENTIA
SVPREMOS IN IVRE VTROQVE HONORES
RITE CONSEQUENDI
ADVERSVS EXCELL. VNIV. LITTERATAE MARBVRGENSIS P. P.
OPPVGNATIONES
PVBLINE DEFENDET DIE XI AVGUSTI A. C¹⁵CCLXIII
BERNHARTVS GVILIELM. WAGNER
CASSELLIS HASSVS.

MARBVRGI
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA VNIVERS. ACAD. MÜLLERIANA.

MARIAE
ET OPICTIONIS TITICRATIS AVARIAE ACID. M. M. M.

GAESDELLIS HESSE

GERINNARTAS GAVINELM. WAGNER

OPPAGANATIONIS

PIERZS TIXONI AKA. THILMANTAE MARBARGENSIS L. C.

RITA COMMISSARIANDI

SAPFEMOS IN IURE ATROOAE HONORES

PRO LICENTIA

GERWISSISSEME SABRECHTISSEME A LOPOSITIA
ALTOAE RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI
IN MONOMA HABE

HAESIARUM LANDGRAVIAI REI
HABITATIS ALMÆ NATURÆ
OMINI TRIDERICI H.

SPENASSIM AC FOLGINTISSIM PRINCIPIS
ET DOMINI

ELLIICISSIME ADALBERT

GAM HINC SIDERE DIE XIU VAGASII V. A. C. CLADOCERIUM

ADL AH. DE FEHRIS

DE IARR

DIBERATUTIO THERDICA ZOTTEMIR

HEI NATATHI PRINCIPIS



S I

FERIARVM DEFINITIO NOMINALIS ET REALIS.



Sunt dies a feriendis victimis ita dictae (a). Re ipsa sunt dies cessationum ab opere (b). Iureconsultis Romanis dicuntur dies, a forensibus negotiis vacationem dantes (c). Illudque tempus vocat AVLV S GELLIVS iustidium, vulgo iustum (d). Interim feriae I alio sensu dicuntur, ut singularia beneficia nobis largiatur Supremum Numen, atque huius consequamur gratiam. II Sunt tempora, quibus cultui vacamus diuino, ut grati officiū mentem Deo tribuamus per laudes, illi debitas. III Festos dies celebrarunt Graeci in memoriam amicorum defunctorum, qui de patria optime meruerunt. IIII Veniunt sub feriis sollemniora tempora, diuino cultui dicata. V Festa instituta sunt in requiem et leuamen laborum, ut pro vitae aerumnis et moeroribus quorumdam dierum mercede et solamine fruantur operarii.

(a) ROBERTVS STEPHANVS thesauri linguae Latinae T. I
pag. 355, 1740 fol. mai.

A 2

(b) ibi-

4 DISSERTATIO IVRIDICA SOLLEMNIS

(b) ibidem.

(c) HERMANNVS VVLTEIVS de iudiciis libro II cap. VII num. 280 pag. 431, 1654, 4 mai., BARNABAS ERISSONIVS de formulis lib. 1 § 200 sq. pag. 107, 1731, fol.

(d) lib. XV cap. 13 p. 684, 1706, 4t mai., IOANNES POTTER Archiepiscopus Cantuarensis, anno 1747 fato functus, archaeologiae Graecae, col. 344, 1702 fol. Festos tamen dies immanis foedissimarum libidinum et eximiorum scelerum poluerat licentia, 10. LAURENT. MOSHEMII de rebus Christianorum commentarii pag. 8 § II, 1753 4to.

§ II

DISTINCTIONES FERIARVM.

Habemus sollemnes ac minus sollemnes. Illas diuidunt in vere diuinæ, et diuinæ quasi. Hæ sunt huius loci. Etenim de belli feriis, compitalibus, conceptiuis, denicalibus, imperatiuis, Latinis, messium, nouendialibus, paganis, praecidaneis, profanis, repentinis, sementinis, statutis, vindemialibus cet. fileo (e).

(e) Compara SAMVELIS PITISCI lexicon antiquitatum Romanarum Tom. I pag. 774 seq. 1713 fol. mai., CHRIST. GOTTLIB SCHWARZII obseruationes ad Nieupoorti antiquitates Romanas pag. 314 seq. 1758, 8vo.

§ III

FERIAE QUASI DIVINAE.

De his potissimum agere apud animum constitui. Illas tripartitas deprehendo (f), videlicet I) diuorum Apostolorum memoriae dicatas, II) Principis honori destinatas, ac III) urbis Romæ (g) atque Constantinopolis natales dies. De natalibus Principis ita loquuntur Imperatores Valentinianus, Theodosius et Arcadius anno Christi CCC-LXXXVIII „parem necesse est, aiunt, haberi reueren-

tiam

DE IVRE DIEI NATALITII PRINCIPIS.

„tiam nostris etiam diebus, qui vel lucis auspicia, vel
„ortus Imperii protulerunt „(h). Eadem verba reti-
nuit Tribunianus in l. 7 Cod. de feriis.

(f) VVLTIEIVS l. d. num. 309 pag. 434.

(g) Parilia vocabant et palilia. Agebant festum hunc diem
mense aprilii XXI, PETRVS DANETIVS dictionarii antiquita-
tum Romanarum pag. 218, 1701, 4, PAVLI MERVLAE COS-
mographiae generalis pag. 939, 1605, 4to mai.

(h) Codicis Theodosiani cum commentar. IAC. GOTHO-
FREDI l. 2 lib. II tit. 8 pag. 139 T. I 1736 fol., libro VI tit. 26
de proximis. L. 17 mentionem iniciit natalis diei genuini meae
(Honori) Clementiae, pag. 160 T. II, IOSEPHVS BINGHAM
originum ecclesiastiarum lib. XX cap. I § 4 pag. 9 T. VIII
1729, 4to.

§ 111

FERIAE NATALIS DIEI NVM PUBLICAE?

AN PRIVATAE?

Priuatas celebrabant ciuium quisque; quando ad tem-
pora sua aderat natalis eius. Publicae vero erant Principis
urbisque Romae, quas rex sacrorum et praetor iudicebant.

§ V

FATA FERIARVM DIEI PRINCIPVM NATALITII.

Diuus Moses auctor est, Pharaonem celebrauisse nata-
lem suum (i). Erat ille Pharao Amosis, Alisphragmatho-
sis filius, qui circiter annum conditi orbis terrarum 2277
Aegyptum regebat. M. Tullii Ciceronis aetate Romae sol-
lemnis diei genitalis cultus fuit obseruatus. Testimonia e
Cicerone collegit MARIVS NIZOLIVS (k). De Hero-
de, natalem celebrante, testem cieo diuum Matthaeum.
(l). Ptolemaeus physcon rex Lybiae ac Cyrenaicae, postea
Aegyti rex saeuissimus, caput filii Cleopatrae Alexandriam

A 3

misit,

6. DISSERTATIO IURIDICA SOLLEMNIS

misiit, ut loco esset muneris diei natalis. Euenit hoc anno
orbis terrarum 3858 (m).

(i) Genes. XL 20.
(k) thesauri Ciceronianii pag. 827, 1588 fol.

(l) cap. XIV commate 6, et ibi HUGO GROTIUS operum
Theol. Tom. II pag. 148, 1732, fol., 10. CHRISTOPH. WOLF
in curis philolog. ad N. T. vol. 1 pag. 238, 1739, 4to.

(m) HUMPHREY PRIDEAVX altes und neues testament in
einer connexion pag. 382 Tom. II 1726, 4to; CHARLES ROLLIN
histoire ancienne Tom. VIII pag. 456, 1745, 8vo.

§ VI

PRECES AMICORVM IN NATALI.

Bonam mentem et bonam famam, ac bonam precan-
bantur fidem. Docent hoc AVLVS PERSIVS FL. (n) et
Theologus quondam Helmstediensis IOACHIMVS HIL-
DEBRAND (o), qui debitum naturae reddidit A. C. 1691.

(n) Satira II v. 1 sq. p. 12, Amst. 1631, 12.

(o) Cap. V de natalitiis veterum pag. 20-23, 4to.

§ VII
VESTIS AC NATALE CONVIVIVM, SOLLEMNIA QUE
ALIA.

Canit Q. HORATIVS FLACCVS de festis natalibus,
et veste albata in illis (p). Firmat haec OVIDIVS (q).
Penidebat I) vestis alba ex humeris: II) fumida ara coronis
cingebatur florentibus: III) mica thuris in igne sonabat:
III) genitale tempus postulabat liba, quae prius gustabat
natalem celebrans, ac deinde discumbentibus hanc placen-
tam adponebat. V) feriatis bonas preces ore concipiebat,
ac qui libum manducabant, bona quaeviis precabantur ce-
lebranti natalem. Octauii Caesaris Augusti natalem et ve-
natione et certamine celebrait equestri Iulius, Antonii
filius

DE IVRE DIEI NATALITII PRINCIPIS. 7

filius, praetor, et ex senatusconsulto epulum Augusto et
Senatui dedit (r).

(p) lib. I sat. II v. 60.

(q) lib. XV metamorph. fab. I, et III tristium elegia 13 pag.
488 Tom. III 1707, 8 mai.

(r) Dio cassivs histoir. Rom. lib. 54 pag. 539. Hanouiae
1606, fol.

§ VIII

IUS SPONTE NATALEM PRINCIPIS CELEBRANDI.

Probat hanc thesm c. SVETONIVS TRANQVILLVS
(s). Equites Romani, ait, natalem Augusti, sponte at-
que consensu, biduo semper celebrarunt. Iudeos idem
imitatos fuisse tradit PERSIVS (t). Tendebatur impune
festiuitas per noctem aestiuam sub Augusto, tradente Q.
HORATIO FLACCO. Tiberii Neronis Caesaris natalis
dies incidebat in tempus regum exactorum anniuersarium.
Populus quotannis celebrabat in libertatis recuperatae me-
moriam ludos plebeios circenses. Tiberius vix patiebatur
vnam adiicere bigam in honorem natalis sui, qui erat XVI
kalend. decembr. Caii Caligulae natalis recurrebat pridie
kalend. nouemb. Celebratus genere omnis musicae, equis-
que duabus diebus. Certauerunt, vna vicies et altera XXIII.
Troiam luserunt pueri patricii. Sex equi currum trahe-
bant triumphalem, quo Caius vehebatur: nunquam antea
visitatum (u).

(s) in vita Octavii Caesaris Augusti cap. 57 pag. 412 operum
1690, 8 mai. et edente 10. GEORG. GRAEVIO pag. 271, 1672, 4to.

(t) Satira V 21, sq. (u) DIO CASSIVS pag. 644.

§ VIII

OMISSIO HARVM FERIARVM.

Quum aetus esset festiuus aetate illa adhuc spontaneus,
eius omissio erat impunis. Auctor tamen est DIO CAS-
SIVS

8 DISSERTATIO IURIDICA SOLLEMNIS

SIVS (v), praetores celebrazze venatione ac excursione equestrinatalem Imp. Caui. At consulibus, oblitis, die natali suo edicere, abrogauit magistratum, fuitque per triduum, sine summa potestate respublica (x). In mentem mihi venit proverbum: considera, quae Romae fieri debent, non vero respice ea, quae ibidem eueniunt.

(v) histor. Rom. pag. 655.

(x) SVETONIUS in vita Caui Caesaris Caligulae cap. 26 pag. 834, edente SAM. PITISCO.

§ X
NATALITIA MUNERA.

Amici colebant amicorum diem natalitium muneribus, quae mittebant celebranti hunc diem, e. g. vestimenta cubitoria, annulum, auream bullam, librum, auem, fertum, libum. Haec accipiebat Romanus in alba veste, pexus et annulatus, et quae docuit IACOBVS OISELIVS ad M. Minutium Felicem (y) commentans, se IACOBVM OVZELIVM vocans (z). Huc reuocanda, quae tutor donat, coniux coniugi et quae filius familias accipit munera.

(y) 1672, 8vo, seculi IIII scriptor est MINUTIVS.

(z) Compara HILDEBRAND. l. d. cap. XI pag. 57-67.

§ XI

VACATIO A LABORIBVS.

Negotia cuncta profana erant vetita, nisi ad quae vel necessitas vel caritas compelleret homines, cuiusmodi erat collectio fructuum tempore messis (a).

(a) JOSEPH. BINGHAM l. d. pag. 21.

§ XII

DE IVRE DIEI NATALITII PRINCIPIS.

§ XII

VSVS HODIERNVS L. VII COD. DE FERIIS.

Praebet haec lex discrimen inter ferias sacras, honorarias, et necessarias (b). Ciuitatum natales extra usum sunt. Noui quidem, mori ciuitates, nasci, viuere, reuiscere, aegrotare, matresque habere. Idcirco in lege dicta VII et Romae, et Constantinopoleos natales commemorari video. Cuncta haec egregie, ut solet, exposuit PETRVS FABER, praeses Tholofanuſ (c).

(b) ARNOLD. CORVINVS codicis Iustinianei exposit. pag. 101, 1655; 4to mai.

(c) libro I ſemestrium cap. 9 pag. 54-60, 1660, 4to mai.

§ XIII

DE FERIIS QVAE IN PROCERVUM IMPERII AVLIS
CELEBRANTVR.

Vocant pompam aulae ſolemnen gala ſive gallatæge. Vindobonensis aula ex uestium imperatoriarum colore pompam denominare folet. Nunc enim Imperator induitus est ueste nigra, nunc nigra cum signis ordinis veleris aurei, ac gemmis ornatus. Natales dies Augustae requirunt uestem auream cum gemmis. Si ſtilo Iustiniani loqui licet, nobilissimorum die natali, ſive Imperatoriorum liberorum, Imperatorem conſpicimus indutum ueste alicuius coloris, gemmis (d) ornata.

(d) GOTTERIED STIEVE Europaeisches hof- ceremonial pag. 236 ſeqq. 1723, 8vo, 10. BASILII KÜCHELBECKERI nachricht vom Röm. Kaiserl. hofe pag. 220 § 2, 1732, 8vo, 10. CHRISTIAN. LÜNING theatri caerimonialis vol. I pag. 1397, 1719 fol. et pag. 296 et 302 ibidem, in primis Perillustris FRIEDR. CAROL. DE MOSER pag. 443 des Teutschen hofrechtes vol. II, 1761, 4to.

§ XIII

DIVISIONES POMPÆ SOLLEMNIS.

Vſi veniunt 1) duplex gala, 2) dimidia 3) tota, 4) exigua, 5) magna, 6) funebris (e), cet.

B

(e) ex

10 DISSERTATIO IVRIDICA SOLLEMNIS

(e) Perillustris DE MOSER ibidem § 2.

§ XV

GERMANIAE PROCERVVM GENETHLIA.

Noli, confundas haec cum genesis. Haec quidem mortuis Germaniae Principes pariter exhibere haud solent. Sed mihi iam est sermo de genialibus diebus seu natalitiis, et quidem vel sollemnibus, vel inter Domum Serenissimam tantum celebrandis. Ita FRIDERICVS GVLIELMVS Borussiae Rex constituit, et hanc liberis suis regiis praescripsit fere formulam: fausta queuis Tibi euenant! Esto felix! Supremum Numen Te saluum atque incoluem multos pcr annos praestet, faciatque, vt dies hic candidior, semper candidiorque veniat (f)! Liceat TIBVLLI verba adiicere (g): Dicamus BONA VERBA! venit natalis ad aras. Quisque ades lingua, vir mulierque faue!

(f) FASMANNI leben des Königes in Preussen Friderici Wilhelmi pag. 876, 1735, 8vo.

(g) libro II elegia 2.

§ XVI

SPLENDIDA POMPA NATALIS ELECTORVM MO-
GVNTIACI, BAVARIAE, SAXONIAE ET PALATINI.

Otium hic mihi fecit Perillustris FRIEDER. CAROL. DE MOSER (h). Mea faciam, quae de sollemni die natalitio cecinit Q. HORATIVS FLACCVS (i). Rident, ait, argento domus. Et quod TIBVLLVS optat: transeat hic sine nube dies! Stent aere nubes! Ponat et in sicco mollierat vnda minas. Aspiciam nullos hodieira die dolores. Et Niobes lacrumas supprimat ipse lapis! Et quod MARTIALIS (k) commemorat: sexcenti coenant, a TE, lustine, vocati. Lucis ad officium, quae Tibi prima fuit. Sollemnitas diei natalitii Septemviri Saxonis Io. Georgii I, quam, praesente Electore, Lipsiae concelebrauerunt Elector Brandenburgicus anno 1631, enarravit IO. IACOB. VOGEL (l). Eiusdem Principis natalem diem sollemnii pompa peregit

vni-

DE IVRE DIEI NATALITII PRINCIPIS. 11

vniuersitas litteraria Lipsiensis anno 1656 (m). Fridericus Augustus Rex Poloniarum, Elector Saxo, Lipsiae anno 1705 commorabatur die maii 12, et splendide egit solemnia sua natalitia (n). Annum numerabant post N. C. 1714, quum DIVVS CAROLVS Hassiae Landgrauius Lipsiae versaretur, praesente rege dicto, pompa perquam splendida die 12 maii natalis dies Friderici Augusti fuit concelebratus (o). Immo Annae Magnae Britanniae Reginae natalitias egit die 18 februarii 1711 Lipsiensis vniuersitas litterata (p). Neque poetae hic silent. Exemplo sit 10.

DE BESSER (q).

(h) i. d. T. II pag. 447-454. (i) libro III oda 11.

(k) libro II epigr. 66.

(l) pag. 432 in dem Leipzigischen geschichtbuche 1714, fol.

(m) i. d. pag. 674. (n) VOGEL i. d. pag. 968.

(o) ibidem pag. 1072. (p) ibidem pag. 1036.

(q) Tom. I der schriften pag. 7 seqq. 1732, 8vo mai.

§ XVII

L. XXIII DE ANNVIS LEGATIS AC L. CXCIII DIG.

DE VERBOR. SIGNIF.

Temporis ratio non permittit, his legibus iam immorari, praesertim quum mei non sint instituti. Hoc saltem addo, PETRVM MÜLLERV M has ferias in numero extraordiniarum ponere (r), IVSTVM vero MEIER. natalitias Principis, censere, humanas esse ferias (s).

(r) ad Struui synt. iur. civil. exerc. v. pag. 258 vol. 1, 1738,
4to mai.

(s) Collegii Argentoratensis iuridici lib. II tit. 12 § 4 pag. 151
vol. 1, 1657, 4to mai.

§ XVIII

CAESARVM NATALES MISSIBVS CELEBRATI.

In circo emittebantur, quum Principis natalem celebrent, quadrigae equorum, quorum quae prior in septimo curriculo metam circumflexisset, palmam adipisce-

B 2

batur.

DISSERTATIO IVRIDICA SOLLEMNIS

batur. Et quidem hoc die XXIIII missus exhiberi sollemne ac legitimum erat (t).

(t) PHILIPPVS A TVRRE monumentor. veteris Antii pag. 220, Romae 1700, 4to.

§ XVIII

PHYLLOBOLIA IN FERIIS NATALITIIS.

Moris erat hoc die festiuo et flores et ramos spargere. Hebraei in festis natalitiis lucernas et flores ad ianuas ponebant (v). De Romanis idem refert D. IVN. IVVENALIS (x).

(v) AVL. PERSIVS FLACCVS satyra 5 pag. 34, 1630, 12, 10. NICOLAI de phyllobolia cap. 5 § 2 pag. 32, 1698, 12.

(x) Sat. XII, NICOLAI l. d.

§ XX

VESTIVM SVBSTRATIO.

PLVTARCHVS (y) auctor est, Imperatori venienti, aut abeunti vestes substratas fuisse. Inde concludo, il lud etiam in natali festo esse obseruatum. Patet simul, IESV CHRISTO populum Iudaicum Imperatoris honores exhibuisse (z).

(y) in Catone, cuius verba dedit NICOLAI pag. 6 de substratione vestium 1701, 12.

(z) MATTH. cap. XXI commate 7, 8. Imperatoris, corona cingendi, pedibus tapetes hodionum substernuntur, 10. BRAVNII veltitus sacerdotum Hebraeor. lib. I cap. V p. 152, 1701, 4.

§ XXI

VESTIVM PIGNERATIO.

Diis geniove vestimenta dicare, atque offerre solebant. Audit hoc negotium pigneratio, vestesque eiusmodi dicebantur pigneratae (a). Factum illud natalitio festo, cui praeerat genitus, quorum VI prostabant species (b).

(a) 10. NICOLAI de substratione et pigneratione vestium cap. VIII § 9 pag. 136, 1701, 12.

(b) NICOLAI de phyllobolia cap. IV § 2 pag. 25. Plura de natalibus feriis dabunt AMBROS. AVREL. THEODOS. MACROBIUS, Imperatori THEODOSIO II a cubiculis sub finem seculi IV,

DE IVRE DIEI NATALITII PRINCIPIS. 13

IV, saturnium conuiuior. Leidae 1670. Quae hoc faciunt, excerpit IO. GOTTL OB CARPOV pag. 346 adparatus ad Goodwini Mosen et Aaronem, 1748, 4to mai. Vacationem a laboribus depinxit GERARD NOODT in commentar. ad 2. lib. II tit. 12 pag. 51 seqq. 1732, operum, fol. Discrimen inter ferias et tempora, v. g. messium et vindemiarum tempora, exposuit GVLIELM. MARANVS paratitorum pag. 96, 1741 fol. operum, cura TROTZII. Quamuis vox feriarum, late sumta, tempora quoque complectatur.

§ XXII

VTRVM ACTVS IUDICIALES FERIIS NATALITII EXPEDIRE FAS SIT?

Licet litigantibus, consentiente iudice, permissa sit feriarum humanarum renunciatio, et vir alias iurium adcurate doctus IO. FRIDER. BOECKELMANN (c) natales Principis in humanarum feriarum numero ponat; recte tamen existimat, non quosuis actus voluntariae iurisdictio- nis hoc die valere, nisi res celeritatem desideret (d).

(c) commentar. in digestis pag. 128 § 3, Traiecti 1644, 4to.

(d) IO. IACOB WISSENBACH exercitationum ad 2. pag. 58 Franequerae 1661, 4to.

§ XXIII

QVIDAM ECCLESIAE PATRES NATALITIAS FERIAS TAMQVAM ETHNICAS FVERVNT EXSECRATI.

Eminent inter istos ORIGENES, ob incredibiles labores, quos tum studiorum tum religionis caussa sustinuit, Adamantius dictus, Alexandriae natus est, anno Christi CLXXXVI, homilia VIII in Leuiticum exsecuratur morem, Principum celebrandi natales. Similiter improbavit illos Q. SEPTIM. FLORENS TERTULLIANVS Carthagine na- tus et Christianam religionem anno Christi CLXXXV am- plexus. Audiamus futilis istorum ratiunculas V; quod haec consuetudo paganisim sapiat: quia festa inferuant vni Deo colendo: quod natales e. g. Herodis et Pharaonis ob caedes, illa die patratas, male audiant: quod Dei ius-

14 DISSERTATIO IVRIDICA SOLLEMNIS

sus hac de re prostet nullus: quod denique natalitia festa ob adiacens originis peccatum sint pudenda.

(e) Compara de Origine Alexandrino IO. ALE. FABRICIVM bibliothecae Graecae lib. V p. 213 sqq. 1712, 4, GVIELM. CAVE histor. litterar. scriptor. ecclesiastico. T. I p. 112, 1741, fol., GOTTLIEB STOLLE von dem leben der kirchenväter p. 138 sq. 1733, 4; de Tertulliano autem agunt CAVE l. d. pag. 91, STOLLE p. 105 sq.

§ XXIIII

CONFVTANTVR HAEC DOGMATA.

Verum enim vero patres ecclesiae tantae auctoritatis non sunt, ex mente Romano-Catholicorum, vt vel regulam viuendi vel credendi constituere queant (f); licet quosdam ecclesiae doctores vocent, videlicet tres Latinos et unum Graecum, qui est IOANNES CHRYSOSTOMVS, patriarcha Constantinopolitanus, e Latinorum numero autem HIERONYMVS, presbyter, AVGVSTINVS, antistes Hippoensis, et GREGORIUS M., episcopus Romanus. Neque incognitae sunt hallucinationes ORIGENIS (h) et TERTVLLIANI (i); praesertim ex artis ratiocinandi imperitia (k).

(f) GRORG. CHRISTOPH. NELLER canonum Treuirenensis P. P. in principiis iuris publici ecclesiastici Catholicor. cap. XI § 10 p. 109, 1746, 4.

(g) Idem p. 106, § 3.

(h) IO. GEORG. WALCH histor. ecclesiast. p. 1044, 1744, 4.

(i) WALCH p. 686, 4, SIGISM. IAC. BAVMGARTEN de patrum primitiuae ecclesiae feliciori successu in profulganda gentilium superstitione, quam in confirmanda doctrina Christiana, § 16 p. 24 sq. 1738, 4, CHRISRIAN. THOMASIVS cautelar, circa praeognita iurisprud. ecclesiasticae p. 33 § 38. 1723, 4.

(k) BAVMGARTEN l. d. p. 13 § XI. Adde FRIDER. SPANHEMI Chamierum contractum p. 138 sqq., 1645, fol., HIL. DEBRANDVM l. d. p. 45 sqq., JEAN DAUILLÉ l'vilage des peres de l'eglise, et Latine de vsu patrum lib. I cap. VIII sq. p. 180, 1686, 4t, ostendit singulares patrum quorumdam opiniones non receptas fuisse ab ecclesia. Natale festum adprobari videtur a sapi-

DE IVRE DIEI NATALITII PRINCIPIS. 15

Sapientia SIRACH cap. L commate 22. Immo AMBROSIVS, annales Mediolanensis, anno Christi 397 fato functus, adprobavit ferias Principis natalitias. Locum inseruit HILDEBRAND l. d. pag. 52. Sufficiunt *τοπία* et *τυπογράφια*, et quae sunt reliqua DEI beneficia, pro quibus grates agimus humillimas D E O. Nec obstant nomina ethniconum, quo minus celebremus ferias Principis natales. Quid ad nos Lucina? Ops? Vagitanus? Leuana? Cunina? Ruminia? Potina? Educa vel Edulica Romanorum? Et his omnibus praepositus Genius? HILDEBRAND l. d. pag. 16, 4. Quid ad nos: ne celebres Principis natalem diem? quia Romani statuebant genium! DANET l. d. pag. 441, NICOL. HENNELIVS AB HENNENFELD cap. II otii p. 15 1658, 8. mai. Quid ad nos discrimen inter genium et *τέκνον*? EVER. OTTO de periurio per genium Principis, cap. II § 2 p. 265 sqq. dissertationum 1723, 4. Neque obest Christianis philosophia Romanorum de geniis, IVSTVS LIPSIUS lib. I physiologiae Stoicorum, differr. XX p. 58 sqq. 1604, 4t. mai. Geniorum figuras exhibent IAC. WILDE gemmarum selectarum p. 157, 1703, 4t majori, et LAURENT. BEGER thesauri Brandenb. continuati p. 792 sqq. fol.

§ XXV

PRINCEPS LEGANS IN TESTAMENTO IN NATALI
SVO DISTRIBVENDVM.

Hoc de uno natali sed de perpetuo legato Princeps
videtur intellexisse, l. XXIII D. de annuis legatis.

§ XXVI

VOTA PRO PRINCIPIS SALVTE.

Loquitur hac de re GAIUS l. 233 § 1 D. de V. S.

§ XXVII

VOTA PRO SALVTE PRINCIPIS IN L. CCXXXI § 1
D. DE V. S.

Auctor est IVLIVS PAULLVS, ibidem, post kalendas ianuarias die III pro salute Principis vota suscipiuntur. Exposuere hanc legem BARNABAS BRISSONIVS (l), Honoratissimus proauunculus IO. NICOL. FVNCCIVS (m), et IO. GOEDDAEVS (n).

(l) de

16 DISSERTATIO IURIDICA SOLLEMNIS CET.

(l) de formulis p. 90, recensente FRANC. CAROLO CONRADII, 1731 fol.

(m) in legib. XII tabular. illustratis p. 100 sq., 1744, 4.

(n) commentar. de V. S. p. 1190, 1602, 8. Adde 10. ALB.
FABRICIUM bibliograph. antiquar. p. 433, 1713, 4.

§ XXVIII

VOTA PVBLICA IPSO PRINCIPVM NATALI DIE
NVNCVPATA.

Testem huius rei cieo EZECHIELEM L. B. DE SPAN-
HEM (o). Gestus vota nuncupantium, erant, vt voluen-
tes pollicem cum duobus digitis, instar iurantium apud
nos, erigerent et reliquos pandarent, teste figura, quam
seruant museum Romanum (p) et supplementum II acto-
rum eruditorum (q). Cetera enumerat IO. STRAVCHIVS (r).

(o) T. II de praefantia et vsu numismatum dissert. XIII p.
525, 1717 fol. (p) 1690 fol. Romae.

(q) p. 35, 1696, 4. 10. GVIL. STVCKIVS descriptione sacrorum
sacrificiorumque gentilium, 1598 fol. districmen monstrat inter
votum nuncupare, suscipere et facere, fol. 842. Adde IUSTVM
LIPSIVM T. III operum p. 473, 1675, 8. mai.

(r) de votis cap. III § 5, lenae 1657. 4.

§ XXIX

VOTVM PRO SERENISSIMO PRINCIPE DOMINO
FRIDERICO II HASSIARVM LANDGRAVIO.

Verbis vtor C. PLINII CAECILII SECUNDI (e),
quum scriberet Imperatori TRAIANO: opto, DOMINE!
et hunc natalem plurimos annos quam felicissime agas, ae-
ternaque laude florentem virtutis TVAE gloriam, et in-
columis et fortis aliis super alia operibus augeas. Repete-
re quoque licet vota, quae pro SERENISSIMO AC PO-
TENTISSIMO SVECORVM REGE, et HASSIAE LAND-
GRAVIO FRIDERICO I anno 1746 concepit Autunculus
meus maior IO. NICOL. FVNCCIUS apud Rintelienenses
Professor celeberrimus (f).

(e) libro X epist. 89.

(f) in disquisitione de genio, 1746, 4to, pag. 23 seqq.

T A N T V M .

ULB Halle
003 719 332

3



f

86.



46
1764.6.

DISSERTATIO IURIDICA SOLLEMNIS
 DE IVRE
DIEI NATALITII PRINCIPIS
 AD L. VII C. DE FERIIS
 QVM FELICI SIDERE DIE XIII AVGUSTI A. R. S. CICLOCLXIII
 FELICISSIME ADFVLGERET
 NATALIS
 SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS
 ET DOMINI
DOMINI FRIDERICI II
 HASSIARVM LANDGRAVII REL.
 ET HVIVS ALMAE NVTRITORIS
 ATQVE RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI
 IN HONOREM EIVS
 DEMISSISSIME SVBIECTISSIMEQVE PROPOSITA
 ATQVE
 PRO LICENTIA
 SVPREMOS IN IVRE VTROQVE HONORES
 RITE CONSEQUENDI
 ADVERSVS EXCELL. VNIV. LITTERATAE MARBURGENSIS P. P.
 OPPVG NATIONES
 PVBLICE DEFENDET DIE XI AVGUSTI A. CICLOCLXIII
BERNHARTVS GVLIELM. WAGNER
 CASSELLIS HASSVS.
 MARBURGI
 EX OFFICINA TYPOGRAPHICA VNIVERS. ACAD. MÜLLERIANA.

